universis quibuscumque dicant nominibus ac cognominibus nihil excipiens neque
reservans sed ita prout solus tenuit habuit et possedit iam ex nunc per
petue et in eum tradendo et adveniente iam ex nunc eidem realiter intronis et
actualiter pacificaque possessionem in bona eadem per ministerialem et
duos nobiles iam ex officio presenti additos. Et dicit ac tenebitur idem Hrizko
Kropiwniczki et se presens cum suis successoribus in bonis suis
inscribit et obligat eundem Juanko Kropiwniczki et eius suc
cessores in dictis bonis ab omnibus generaliter damnis et impedi
mentis quarumvis personarum sexus status ac conditionis cuius
nis existentibus nec non ab omnibus inscriptionibus prioribus et posterio
ribus cuiuscumque personarum factis et faciendis generaliter ab omni quo
nis impetitione iuridica et extraiuridica tantum quoniam necessarium
fuerit tueri defendere intercedere liberare pacificare bonaque predi
cta munda et libera facere. Et presentium inscribit se et suos suc
cessores eundem tueri et defendere et reformatione dotis et dotalicii
et aliis quibuscumque iuribus consortis sue sub damnis terminis
porro etiam prefatus Hrizko Kropiwniczki se et suos successores
super bonis suis omnibus inscribit et obligat presente inscriptione
Castrensi Premisliensi ex his actis presens Castrensi Premisliensi ad
acta terrena Premisliensi ad primos vel secundos terminos terrestres
Premisliensi transfere et transportare sub similibus damnis
terrestribus. Pro quibus quidem damnis terrestribus ex quacumque re
et causa succubitis et succumbendis si se prefatus Hrizko Kro
piwniczki cum suis successoribus ad iudicium terrestre vel Castrensi
Premisliensi cellare permiserit et permiserit. Extunc omisso quovis
foro proprio omni die et tempore in primo cellationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac pro ipso vadio eundem non
recedere satisfacere dicit et eius successores tribuuntur. Terminumque
ipsum primum tanquam peremptorium nullare exquisita nec collore
excogitato distrinsecum prolongare atque se excipiendo evasionibus
prescriptionibus et aliis quibuscumque dilationibus motionibus et appel
lationibus ac earum prosequutionibus se et suos successores abre
nuntiare pena trium marcarum et triplici pena hec idem damna
terrena non evadere. Generaliter nihil sibi in auxilium cum presente
inscriptione recipiendo sue et suorum successorum sub amissione to
tius causae tantum quoniam necessarium fuerit nulla prescriptione ter
restri in premissis obstante.

Kropiwniczki tt. Thurzanski

Comparens personaliter coram officio et actis presens Castrensi

Premisliensi nobilis Hrizko Kropiwniczki Andreyowicz recedens a iure
suo terrestri foroque competente et hinc presenti iurisdictioni Castrensi Premisliensi
se et suos successores cum bonis suis omnibus in toto quo ad actum effi
ciendum presentium inscriptionis incorporandum ac inviscerandum sanus mente et
corpore ex his publice palam respondit quia nobili Petro Thurzanski
et eius successoribus tenetur et est debitus certe et liquidi debiti
triginta quinque florenos pecunie monete polonicalis hinc pro die et
festo sancti Adalberti proxime venturo hic in Castro presenti da
re et solvere casu vero quod si et in quantum pro die et tempore prefa
to non solvit aut solvere neglexerit extunc in Castrensi eiusdem dicti
dicit ac tribuit prefatus Hrizko Kropiwniczki et se presens cum
suis successoribus inscribit eidem Petro Thurzanski et se presens
et suis successoribus inscribit et obligat dare et admittere re
alem intronis et actualiter pacificaque possessionem in bona sua heredi
tatis Laboriosum Sieczko Chlyebkowycz residentem in media
area in villa et hereditate Kropiwniczki per ministerialem
terrenum Premisliensem quemcumque sub vadio similibus summe triginta
quinque florenorum pecunie monete polonicalis dataque ipsi reali
intronis et actuali pacificaque possessione per ipsum Petrum Thu
rzanski et eius successores bona prefata tenere et possidere
cum omni iure domino ac proprietate et cum omnibus eorundem bonorum
attinentiis pertinentibus fructibus censibus proventibus atque utilitatibus
generaliter universis quibuscumque dicant nominibus ac cognominibus
quemvis sumtant in futurum fieri possunt nihil pro se et suis suc
cessoribus excipiendo neque reservando sed ita prout solus tenuit
habuit et possedit modo obligatorio ab accepta intromissione
ad festum nostri Christi proximum et in defectu protunc exemptionis
ad aliud simile festum nostri Christi proximum et sic usque ad ex
emptionem et summe prefate plenariam coniunctim persolutionem
Et dicit ac tribuit prefatus Hrizko Kropiwniczki et se presens
cum suis successoribus inscribit et obligat eundem Petrum
Thurzanski et eius successores in dictis bonis ab omni quavis
impetitione iuridica et extraiuridica personarum quarumvis sexus
utriusque et ab omnibus inscriptionibus prioribus et posterioribus
tantum quoniam necessarium fuerit tueri et defendere nec iniuriari
iuris bona predicta munda facere sub similibus vadio triginta quinque
florenorum pecunie inscribitque se et suos successores super bonis
suis prefatus Hrizko Kropiwniczki presente inscriptione Castrensi
Premisliensi ex his actis Castrensi Premisliensi ad acta terrena Pre
misliensi ad primos vel secundos terminos terrestres Premisliensi trans
fere et transportare sub similibus vadio triginta quinque florenorum
pecunie pro quibus quidem vadio et vadiis quacumque ex causa